


Graduale Præmonstratense.





Humiliabit semetipsum factus obediens
 usque ad mortem, mortem autem crucis.



Graduale

ad usum Canonici Præmonstratensis Ordinis
 jussu et auctoritate Illustrissimi in Christo Patris ac
 Domini Generalis Norberti Schachinger et Capituli
 Generalis 1908 editum.

Romæ, Tornaci : Typis Societatis Sancti Joannis Evangelistæ
 Desclée et Soc., S. Sedis Apostolicæ et S. Rit. Congr. Typograph.



Norbertus Schachinger

DEI ET SANCTÆ APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA

ABBAS PLAGENSIS,

Totius Ordinis Præmonstratensis Caput et Abbas Generalis,
Universis Confratribus in Deo et S. P. N. Norberto dilectissimis

SALUTEM IN DOMINO!

PAulo postquam facta fuit anno 1883 constitutio Ordinis nostri candidi ac exempti in Capitulo Generali Viennæ Austriæ celebrato sub novo Capite, quo fuerat privatus per totum sæculum, ab omnibus fere Canonis proponeretur desiderium, ut libri liturgici Ordinis nostri, quorum penuria omnes Canonice laborabant, quam primum de novo in lucem ederentur et typis mandarentur.

Prodiit ergo primum anno 1892 novum Missale et Breviarium juxta præcedentes editiones accurate revisum.

Dein Capitulum Generale in Canonia Averbodiensi anno 1902 celebratum in sessione IV, n° 3 decrevit: « Exoptat Capitulum, ut Gradualia, Antiphonaria et Processionalia de novo edantur. »

In Capitulo Generali anno 1908 in Canonia Teplensi celebrato laetum nuntium accepimus, Graduale novum optime recognitum juxta manuscripta et præcedentes editiones et respectu habito ad normam a Summo Pontifice Pio P. X. statutam esse paratum, ut typis mandaretur.

Approbantibus Patribus Capitularibus nunc prodit in lucem novum Graduale diligentia et studio liturgicæ Commissionis, cui hoc opus a Capitulo Generali injunctum fuerat, inceptum et ad finem productum.

Deo Optimo Maximo, cujus benedictione hoc opus satis grave absolutum fuit, maximas gratias agimus simulque liturgicæ Commissioni, imprimis ipsius capiti A. R. D. Lamberto Wendelen, canonico Tongerloënsi, et Deus retribuet!

Et Vos Omnes, dilectissimi Confratres, in Domino enixe invito: « Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo, salutari nostro » et cantemus Domino in lætitia cordis nostri digne, attente ac devote, ut novum hoc Graduale vere inserviat ad cultum divinum in canonico Ordine nostro Præmonstratensi promovendum, adjuvante nos divina gratia, sub patrocinio B. Mariæ Virginis, singularis Patronæ nostræ, et suffragantibus SS. Patribus nostris Norberto et Augustino.

Datum in Canonia nostra Plagensi, die 12 Augusti 1908.

† Norbertus Schachinger,
Abbas Generalis.

L. † S. De mandato Illustrissimi Domini
Abbatis Generalis,

ALPHONSUS PUMBERGER,
Secretarius.

DE RATIONE

CANTUS ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS.

Cum a sancto Patre Norberto assignabatur Filiis suis Liturgia ubique servanda, huic connexus extitit cantus, cujus uniformitati ab Ordinis exordiis, uti per decursum temporis, maxima cum cura fuisse consultum certissime constat.

Statuta primaria a B. Hugone concinnata decernunt, ut « Missale, « textus, epistolare, collectaneus, *Graduale*, antiphonarius, hymnarius, « psalterium, lectionarius, regula, calendarium uniformiter habeantur. »⁽¹⁾

Summi Pontifices in ipso Ordinis initio liturgiam Præmonstratensem adprobarunt, nominatim libros cantum exhibentes. Sic Alexander III mandans « ut Ordo Canonicus, quemadmodum in Præmonstratensi « Ecclesia, secundum beati Augustini regulam, et dispositionem recolendæ memoriæ Norberti, quondam Præmonstratensis Ordinis Institutoris, et successorum suorum in candido habitu institutus esse « dignoscitur, per omnes ejusdem Ordinis Ecclesias perpetuis temporibus inviolabiliter observetur, » statim pergit: « et eadem penitus observantia, iidem quoque libri, qui ad divinum officium pertinent, ab « omnibus ejusdem Ordinis Ecclesiis uniformiter teneantur. »⁽²⁾

Hanc autem in cantu uniformitatem tam strenue prosecuti sunt Patres nostri, ut anno 1214 Gervasius, Abbas Præmonstratensis, tradens Ecclesiæ Floridi Horti exemplar singulorum librorum cantus, scribere non dubitavit: « Præcipientes districtius, in virtute Spiritus « sancti et sub poena excommunicationis, quatenus usus legendi pariter « et *cantandi*, quem ad uniformitatem Ordinis conservandam secum « tulit a nobis in Ecclesia Floridi Horti, perpetuo modis omnibus « habeatur. »⁽³⁾

Hunc cantum Præmonstratensem speciali decreto adprobavit Alexander IV anno 1256, eumque omnibus Ordinis nostri Ecclesiis uniformem imposuit: « Volumus et mandamus, ut uniformitas librorum, « tam in *cantu* quam lectionibus et regularibus institutis ubique « servetur. »⁽⁴⁾

(1) Stat. Prim. Ord. Præm. Dist. IV. c. XI. — Cfr. Dom Martène. De antiquis Ecclesiæ Ritibus. t. III. p. 335.

(2) Bulla « *In Apostolicæ Sedis* » Alexandri III anno 1177. Item Bulla « *In eminenti Apostolicæ Sedis* » Lucii III anno 1183. Et Bulla « *In eminenti Apostolicæ Sedis* » Urbani III anno 1187. Iterum Bulla « *In eminenti Apostolicæ Sedis* » Clementis III anno 1188. Tandem Bulla « *In eminenti Apostolicæ Sedis* » Innocentii III anno 1198. — Cfr. Le Paige. Bibliotheca Præmonstratensis Ordinis. pp. 632, 635, 640, 643, 645.

(3) Cfr. Hugo. Sacre Antiquitatis Monumenta I. p. 438.

(4) Bulla « *Felicitis recordationis* » Alexandri IV anno 1256. — Cfr. Le Paige. Bibliotheca Præmonstratensis Ordinis. p. 680.

Item Statuta Ordinis annis 1505 et 1630 edita decernunt, ut libri liturgici in Ordine adhibiti « usui Præmonstratensis Ecclesiæ sint « conformes. »⁽¹⁾

Attamen per decursum sæculorum cantus Præmonstratensis sensim sine sensu a priori sua puritate delapsus, tandem sæculo XVII in editione abbreviata omnino deturpatus est.

Hodiernis autem temporibus, reflorescentibus studio et cultu veterum melodiarum, simulque invitante Sanctissimo Domino Nostro Pio P. X, in Motu proprio die 22^a novembris anni 1903 dato, Ordo noster vetustissima manuscripta cantum Præmonstratensem exhibentia undique conquirenda per specialem Commissionem⁽²⁾ curavit, ex quibus in pristinam suam puritatem restitueretur cantus, quo in universo Ordine, sicut olim per sæcula Patres nostri, suas preces et laudes et jubilationes Filii S. P. Norberti ad Deum dirigerent. Itaque juxta monitum S. P. N. Augustini : « unanimes habitabunt Præmonstratenses in domo « Domini », et ubi debet ipsis esse anima una et cor unum in Deo diligendo, ibi et erit eis una vox in Deo laudando et benedicendo.



(1) Statuta. Dist. IV. c. X. n. 13.

(2) Hæc Commissio, ab Ampl^{mo} ac Rev^{mo} D^{no} Gummaro Crets, Abbate Averbodiensi et Vicario Generalis constituta, numeravit :

RR. DD. Lambertum Wendelen, eccl. Tongerloënsis, præsidem,
Michaëlem van Waefelghem, eccl. Parcensis, secretarium,
Nicolaum Perreu, eccl. Ferigolensis,
Raphaëlem van Waefelghem, eccl. Parcensis.

DE NOTULARUM CANTUS FIGURIS ET USU.

In determinanda notarum forma, illam juxta normam manuscriptorum Ordinis nostri sæculi XIII selegimus, quæ præ cæteris clarior simul et elegantior est, necnon ab omnibus Ordinibus Religiosis, imo et ab universa Ecclesia Romana assumpta est.

Punctum, Virga. Pes *vel* Podatus, Clivis. Climacus, Scandicus, Torculus, Porrectus.

Torculus-, Climacus-resupinus. Scandicus-, Porrectus-flexus. Pes-, Scandicus-subbipunctis. Epiphonus, Cephalicus,

Ancus, Torculus semivocalis. Strophicus Distropha, Tristropha. Bivirga, Salicus, Pes strophicus, Torculus strophicus *vel* cum orisco.

Pressus. Quilisma.

1^o Quævis notæ forma ex se longioris aut brevioris tenoris non habet rationem, neque majoris vel minoris potestatis. Notæ in figuris conjunctæ et cantando junguntur, disjunguntur autem disjunctæ. Figuræ apte distinguuntur novo vocis impulsu, ita ut ex hoc impulsu super primam notam sequentes soni defluant.

2^o Notæ liquescentes dulciori modo ac aliæ cantandæ sunt, eadem autem duratione. Ponuntur in occurso duorum vocalium more diphtongi proferendorum, v. g. *AUTEM*, *EJUS*, vel in occurso quorundam consonantium, v. g. *SANCTUS*, *OMNIS*, *TERRA*. Hæc autem nota liquescens per seminotam indicatur, quia quasi mediam suam potestatem in diphtongi vel consonantium emissionem amittit.

3° Quando plures notæ in eodem scalæ gradu appositæ sunt, ut in strophico, pressu, et his similibus, super his vario tenore commorandum, habita scilicet notarum numeri ratione. Pressus tamen fortiori voce, strophicus vero minori producendus est, nisi syllabæ accentus aliud requirat.


4° Nota denticulata *quilisma* vocatur, sive nota volubilis et tremula. Qui autem hanc exprimere volubilem non didicit, sicut et chorus conjunctim quid cantans, ictu quasi mordaciori producat notam vel neumam quilisma immediate præcedentem; ipsum autem *quilisma* minori voce, modo notæ communis emittat.


5° * Asteriscus in initio cantilenæ positus, indicat quousque a cantoribus sit præcinendum. Quando autem ponitur in ultimo Kyrie Ordinarii Missæ, significat ubi, priori silente choro, alter cantum prosequatur; ad duplicem autem asteriscum **, uterque chorus reliquam partem absolvit.


6° † Crux in textu Introitus cujusdam apposita, significat quousque in Festis duplicibus et majoribus Introitus sit repetendus post psalmum.


7° † Molle, quando ponitur, solum valet usquedum occurrat † quadratum, aut lineola divisionis, aut dictio nova.


8° Alia sunt signa pausarum, cantilenas proportionatis distinctionibus dividendium. Sunt autem quinque :

a)  Hac virgula infra scalam posita, non respiratio, sed aliqua mora sive retardatio vocis significatur.

b)  Minima ista divisio indicat parvam pausam, levemque permittit respirationem.

c)  Media divisio indicat aliquam phrasim divisionem, ideoque aliqualem moram ad congruam respirationem præscribit.

d)  Hæc major divisio apponitur ubi textus seu phrasim abrumpitur, ibique vocis cursum retardandum pleneque respirandum esse significat.



e)  Duplex linea in fine cantilenæ ponitur.



Proprium de Tempore.

Dominica I. Adventus.


Introitus. 8.

D te le-vá-vi * á- nimam me- am : De- us




me- us, in te confi- do, non e- ru- bé- scam : ne-




que ir-rí- de- ant me in-i-mí- ci me- i : ét-e- nim




u-ni-vér-si, qui te expé-ctant, non confun-



dén-tur. Ps. Vi- as tu-as, Dó-mi-ne, de-mónstra mi-hi : *



et sé-mi-tas tu- as é-do- ce me. Gló- ri- a Pa-tri.




sæ-cu- ló-rum. A-men.


Quo finito, repetitur Ad te levávi, usque ad Psalmum.

† Hic modus repetendi Introitum servatur per totum annum.


Grad.
2 et 1.




U - ni-vér- si,* qui te expéctant, non




confundéntur, Dómi- ne. V. Vi- as




tu- as, Dó-mi-ne,




no- tas fac mi- hi : et sé-




mi- tas tu- as * é- do- ce me.



8. A L- le- lú- ia. * ij.




V. Ostén- de no- bis, Dó- mi-ne, mi-se-ri- cór- di- am



tu- am : et sa- lu- tá- re tu-




um * da no-



bis.

Deinde bis resumitur Alleluia ut supra.

Offert.
2.



A D te le- vá-vi * á- nimam

me- am : De- us me- us, in te confi- do, non e-
 ru- bé- scam : ne-que ir- rí-de- ant me in-i-mí-
 ci me- i : ét- e- nim u- ni-vér- si, qui te ex-
 spé- ctant, non confun- dén- tur.

Comm.
1.

D O- mi- nus * da- bit be- nigni- tá- tem :

et ter- ra no- stra da- bit fructum su- um.

Dominica II. Adventus.

Intr.
7.

P O- pu- lus Si- on, * ec- ce Dó- mi- nus vé- ni- et

ad salván- das gen- tes : ✠ et audí- tam fá- ci- et Dó-
 mi- nus gló- ri- am vo- cis su- æ in læ-
 tí- ti- a cor- dis ve- stri. Ps. Qui re- gis Isra- el,
 inténde : * qui dedú- cis, ve- lut o- vem Jo- seph. Gló- ri- a

Pa- tri. E u o u a e.

Grad.
5.

✠ X Si- on * spé- ci- es de- có-
 ris e- jus : De- us ma- ni- fé- ste vé-
 ni- et. ✠. Congre- gá-